



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Capitularia Regvm Francorvm**

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae  
doctissimorum virorum

**Baluze, Etienne**

**Parisiis, 1677**

XX. Ad eosdem missa de Basiu.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-22974**

bus suam voluntatem & perdonationem & nostram, qui fideles illius sumus, devotionem accogniter; ut ista convenientia, quam teste Deo confirmabimus, in ante diebus vita sua & diebus vita nostra conservetur, & ipse suis successoribus contra successoribus nostros & nos nostris successoribus suis successoribus conservandam in Dei nomine relinquamus.

## XII.

Et sciatis quia vult senior noster & nos ac ceteri fideles illius ut si vos, qui illius fideles & consiliarij esse debetis, volueritis, sicut vobis diximus, ad illius praesentiam & fidelitatem atque servitum venire & nobiscum in ista societate esse, quia & ipse & nos que voluntarie volemus, ut cum nobis hoc & queratis & inveniatis & statuatis & confirmatis atque conservetis, & nos cum vobis similiter, & vobis aliis omnibus, sicut & nobis, debitam legem & reuelam rationem dehinc in ante, sicut rectum est, vult conservare, sicut sibi antecessores, qui hoc melius & rationabilius fecerunt, nostris & vestris antecessoribus in omni ordine conservaverunt.

## XIII.

Et mandat vobis noster senior quia si aliquis de vobis talis est cui sui senioratus non placet, & illi simulat ut ad alium se-

niorem melius quam ad illum acaptare possit, veniat ad illum, & ipse tranquillo & pacifico animo donat illi commeatum; tantum ut ipsi & in suo regno vel suis fidelibus aliquod damnum aut aliquam mortionem non faciat, & quod Deus illi curierit, & ad alium seniorem acaptare potuerit, pacifice habeat.

## XIV.

Et si aliquis fuerit de vobis qui voleat dicere quia non credit senioris nostri fidem, & suscepit fit de sua perditione, & propter hoc non audeat ambulare ad illum, nos vobis damus Dei & nostri senioris Karoli fidem & de suis Episcopis & fidelibus Clericis fidem quia quantum Deus vos salvaverit, & vos vos ipsos salvaveritis, sani ambuletis, & sani cum illo sitis, & sani, si vobis cum illo, sicut debet, non conuenierit, retornetis, tantum ut pacifice & sine seditione ambuletis, & iusos fideles non sollicitetis.

## XV.

Et si adhuc dubitatis, & aliam firmitatem queritis, tantum ut contra rationem non queratis, si ad illum, sicut diximus, ambulare vultis, etiam & ad hoc parati sumus ut faciamus: quia certi sumus quia omnia cum securitate facere possumus.

## TITVLVS XX.

Ad eosdem missa de Basiu.

ISTA CAPITVLA MISIT REX DE BASIV  
per Hadabramum & Bettonem.

## C A P . I.

**M**Andat vobis senior noster salutes. Mandat etiam vobis quia valde miratur quod placitum tale non cultodifftis sicut vos illi promisistis, & sicut ipse vobis mandavit.

## I.

Mandat vobis senior noster quod propterea hoc placitum dimisistis ut fratris ejus expectare voluissetis adventum, juxta quod illi mandastis, non sine aliis suis fidelibus, quos modò secum non habuit, invenire potuit, ut necesse esset inde aliquam expectationem facere.

## I. III.

Habet senior noster constitutum aliud placitum Kal. Septemb. in villa Nielfa, ubi ei occurrere sui fideles debent. Propterea mandat vobis ut vos tali loco, & vobis congruo & eidem premisso loco proximo, veniatis, ubi tales suos fideles transmittere ad vos possit quos vobis mittendos postulaveritis.

## I. V.

Sciatis quia vult vobis hoc observare secundum quod vobis in Vermeria concedit, & sicut scriptis & verbis antea manda verat, & quicquid amplius iuste & rationabiliter postulare vultis. Pariter & de

exspectatione, secundum quod cum fidelibus suis invenerit quod Dei voluntati & ejus fideliumque suorum honori non sit indignum, propter Deum & nutrimentum Domini & genitoris sui ac illius, & servitum illi à vobis impensum, hoc vobis adsentire non contradicit.

V.

Mandat vobis ut memoris sitis Dei &

vestra Christianitatis & nutrimenti genitoris ejus & sui & debita fidelitatis & regni supervenientis periculi, studeatis vos fideles sanctæ matris Ecclesiæ & sui unanimes fieri, & omnipotens Dei voluntatem ac illius fidelitatem communemque salutem simul cum ipso fideliter explere ad resistendum inimicis & Christiani nominis persecutoribus.

## TITVLVS XXXI.

Ad eosdem, per Adalardum Abbatem.

ISTVM MISSATICVM TRANSMISIT DOMNVS  
Rex glorioſus Karolus per Adalardum Abbatem & Richinum  
& Rodulfum & Berengarium.

CAP. I.

**M**Andat vobis senior noster salutes, & mandat vobis quia quicquid in vestra causa secundum consilium suorum fidelium melius & honestius invenire potuit, per suos fideles & sua capitula jam per duas vices vobis mandavit.

I.

Mandat vobis quia sicut per illos suos fideles & per eadem capitula vobis innocentia, sic vult erga vos adtendere & obseruare. Et si vos adhuc talem causam eum postulare volueritis que ad suum honorem & ad vestrum profectum pertineat, paratus est etiam in hoc secundum vestram petitionem facere juxta consilium fidelium suorum.

III.

Mandat etiam ut recordenimi Dei & vestra Christianitatis, & condoleatis atque compatiamini huic sanctæ Ecclesiæ, qua & à vobis & ab aliis miserabiliter est oppresa & depradata, & qua crudeliter ex altera parte persequitur à paganis. & non vos dislocietis ab unitate & unanimitate fidelium Dei, sed acceleretis praesentaliter vos illi adunare & conjungere aliis Dei suisque fidelibus ad defensionem sanctæ Ecclesiæ & suam fidelitatem.

IV.

Si autem dicitis vos propter pares vestros, qui praesentes non sunt, hoc non posse facere, mandat ut vos qui in præ-

fentiarum estis tales securitatem ei faciat ut non propter aliam causam hoc dimittatis quod per nos vobis mandat, nisi propter illos vestros pares qui praesentes non sunt. & facite ei securitatem ut illos vestros pares ad Dei servitium & ad suam fidelitatem, in quantum potueritis, exhortemini & convertatis, & si illos converti non potueritis, vos ab ejus servitio non vos subtrahatis, quoniam si omnes converti ad illum volueritis, paratus est vos omnes secundum sanctæ Ecclesiæ utilitatem & suum honorem & vestrum communem profectum recipere & salvare & honorabiles semper habere, & nulli unquam imputare, in quantum ad se pertinet, quicquid neglegenter factum habetis de ejus servitio, aut in ista causa contra illum egistis.

V.

Et mandat vobis quia postquam vestram fidelitatem cognoverit, securos etiam vos faciet ex sua parte quod nulli debeat reputare hoc quod erga illum negligenter egit in hac causa; ita tamen si vos quoque erga illum debitum honorem & debitam fidelitatem conservaveritis, sicut Dei sive fideles.

VI.

Et si aliqua pars ex vobis ad ejus senioratum & ad ejus fidelitatem reverti voluerit, similiter est paratus eos benignè recipere & erga illos omnimodis adimplere quæ superius scripta sunt.